

DE CONSERVANDA

*Prima cœna die sit misso sanguine parca,
Lux abeat lætis aucta secunda modis.
Tertia sed placidæ debetur tota quieti,
Quarta & quinta sibi mollius esse uolunt.
Balnea sexta petit, mox septima colligit auras,
Fertq; uagos circum rura nemusq; pedes.
Octaua amplexus dilectæ coniugis, & quæ
Ante fuit nitam restituisse solet.*

DE CAPITIS DOLORIBVS.

CAPVT CVI.

SI capitis dolor est ex potu, limphabi-
batur,
Ex potu nimio nam febris acuta crea-
tur.
Si uertex capitis, uel frons æstu tribulen-
tur,
Tempora, fronsq; simul, moderatè sæpe
fricentur,
Morella cocta nec non calidaq; lauen-
tur.

Hoc loco duo notantur. Primum est, si cui do-
lor capitis accidat ex potu nimio uini, uel alterius cu-
iusq; potus inebriantis, ut is in potu utatur aqua frigi-
da. Hæc enim frigiditate sua et crassitie impedit, ne fu-
mi ex eiusmodi potu eleuati, cerebrum petant, ipsum
q; lædant. Secundū est, si uertex capitis siue frons
nimio calore æstuet, ut hic tempora & frons modera-
tè fri-